

1118

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius


Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius

Armenius, Armenius : De virtute huius





1618.

1. Armannus, Dominicus: De circulatoribus.
2. Armannus, Dominicus: Conclusiones sequentes.
3. Carpzovius, Pius: Quaestiones juridico-politicae.
4. ¹⁷²¹ Formanus, Ursiphanus: De aestimationibus.
5. Gryphander, Johannes: De donationibus.
6. Hilligerus, Oswaldus: De consuetudine
7. Hilligerus, Oswaldus: Disputatio exhibitus ma-
teriam fidejussionis, ubi et de Senatus Consulto
Vellejano.
8. Hilligerus, Oswaldus: De conditionibus
9. ¹⁷²¹ Lochmannus, Philippus: De fictione juris in
genere et in specie de retractationibus 25ump
10. Lochmannus, Philippus: De pactis et transactio-
nibus in causis criminatis.
11. Melchior, Valentinus: Nobiles et illustres controversae
sive ad IV libros Institutionum Imperatorum.

12. Melarius, Valentinus: Disputatio juridica. . .
 in l. 5 § § 2, 3, 4, 5 de praescript. verb. et re fact.
 actionibus
13. Melarius, Valentinus: Disputatio juridica
 ad l. 50 d. familiae heriscundae, succincta
 resolutione conformata.
14. Melarius, Valentinus: De legitimo testamento
 cum fessione factorum. infirmatione.
15. Pfefferkorn, Innocentius: De Tutelis.
16. Pfefferkorn, Innocentius: De servitutibus realibus
17. Pfefferkorn, Innocentius: De emptione. venditione
18. Pfefferkorn, Innocentius: De successione ab intestato.
19. Pfefferkorn, Innocentius: De nuptiis.
20. Riemer, Valentinus: De mutuo.
21. Riemer, Valentinus: De iudiciis in genere.
22. Theronius, Petrus: De legitima liberorum.

parentum et fratrum vel sororum.

23. Theodoricus, Petrus. De rebus

24. Wasmundt, Nicolaus. De publicis judiciis



Disputatio Inauguralis, 1618, 22

29

53.

DE LEGITIMA
LIBERORUM,
PARENTUM ET FRA-
TRUM VEL SORORUM,

24

Quam

DEO PROPITIO,

Autoritate

Nobilissimi & Amplissimi Jurisconsultorum
in celeberrima Salana Collegii,

PRÆSIDE,

Amplissimo, Consultissimo, nec non Clarissimo Viro

Dn. PETRO THEODORICO

J. U. D. & criminalium P. P. Judicii Provin-
cialis, & Scabinatus Assessore dignissimo,

*Pro consequendis in Utroque jure summis
honoribus & privilegiis Doctoralibus,*

publicæ disquisitioni subijcit

JOHANNES Güngling Longo-Saltzensis.

Ad diem 31. Octobris.

JENÆ, Typis Johannis Weidneri,

ANNO M. DC. XVIII.

2

Dissertatio inauguralis

DE LEGITIMA

LIBERORUM

PARENTUM ET FRA-

TRUM VEL SORORUM

Quam

DEO PROPOSITIO

habuit

in schola & amplissimo jurisconsultorum

in academia salona Collegii

PRAESIDE

Magistro C. W. ...

DA PETRO THEODORICO

Magistro & ...

in ...

in ...

in ...

in ...


JOHANNES ...

in ...

LEN. E. Typis Johannis Weidneri

MDCCCXIV





De Legitima

LIBERORUM, PARENTUM ET FRATRUM VEL SORORUM.

THESIS I.



Egitima nomen suum sortitur à lege, quòd sit portio lege introducta.

II.

Hinc quia tam lege naturali, l. 36. §. 2. C. de inof. text. l. un. C. de impon. lucrat. descript. l. 7. in pr. de bon. damnat. l. 7.

in f. unde lib. l. cum in adoptivis, pn. in pr. vers. omnia igitur. C. de adopt. N. 1. in pr. verb. tanquam secundum ipsam naturam eis debeatur. N. 18. . 1. in f. verb. natura primò curata. quàm civili N. 1. in prafat. §. 2. N. 18. 92. c. 1. N. 115. c. 3. in pr. suffulta est; huic quoad quantitatem & relinquendi necessitatem, illi quoad originem, adscribitur.

III.

Est autem portio hereditatis ab intestato debita, vel liberis, vel parentibus, vel fratribus aut sororibus lege destinata, l. 2. C. de inof. donat. N. 18. c. 1. l. 1. ff. de inoff. N. 1. in f. pr.

IV.

Cujus quantitas pro numero liberorum modò ad trien:

A 2

trien:



trientem, modò ad semissem, *aut b. novissima C. de inof. test. N. 18. c. 1. N. 22. c. 48. in f. pr. N. 39. c. 1. circa pr. juxta versiculos:*

Quattuor aut infra dant natis trientem ;
Semissem verò dant natis quinque vel ultra :

modò, si filii fuerint curiales, vel filia curialibus nups-
erint, ad dodrantem usq; totius substantia defuncti ascen-
dit, *d. N. 18. c. 2.*

V.

Quanta verò sit substantia, tempore mortis ejus, de
cujus successione quæritur, spectandum est, *l. cum quari-
tur. 6. C. de inof. test.*

VI.

Adeò ut, quemadmodum damna & diminutiones
postea hereditati accidentes legitimam non minuunt, ita
nec incrementa adaugeant, *Mejer. in colleg. jurid. Argent.
ad tit. ff. de inof. test. tb. 40. Hartm. Pist. 1. q. 46. n. 14.* Sicuti
idè videre est in legitima patroni, *l. etiam. 3. §. fin. de bon.
libert. & in quarta Divi Pii. l. fin. si quid in fraud. patron.*

VII.

Porro in computanda legitima prius æs alienum,
funeris impensæ, & libertates sunt deducendæ, *l. 8. §. quar-
ta autem 9. ff. de inof. test. & tunc quantitas ejus conside-
randa; quoniam bona cujusque intelliguntur, quæ de-
ducto ære alieno supersunt, l. 39. de verb. signif.*

IX.

Hinc constat, legata ad pias causas legitimam non
extenuare *Gail. 2. observ. 119. n. 7.* Legitimæ namque de-
ductio præcedit deductionem legatorum ad pias causas,
*gloss. in l. si quis ad declinandam. §. sed et si pauperes. 1. ad verb.
similimodo. C. de episc. & Cler. Wurmserus 1. pract. observ.
17. de testamentis. q. 9.* Nam quicumque vult exheredato
filio.

filio heredem facere ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: immò, Deo propitio, nullum inveniet, 17. q. 4. c. f.

IX.

Cùm numerus liberorum augeat & minuat legitimam; quæritur: an exheredatus cum reliquis sit numerandus? Distinguo: Aut exheredatus de inofficioso nondum egit, potestatem tamen agendi adhuc habet; & hic partem facit, l. Papinianus. 8. §. quoniam. 8. ff. de inof. test. Incertum est enim an obtineat, necnè? & dubitatur, num rectè sit exheredatus? aut questus non est, nec amplius queri potest, puta, quia repudiavit, l. qui repudiantis. 17. de inof. & hic in rebus humanis amplius esse non creditur, d. l. 17. inf. pr. nec connumeratur.

X.

Huic non absimilis est bannitus, patre adhuc vivente damnatus, qui licet tempore conditi testamenti integri fuerit status, jam tamen habetur pro mortuo, l. actione. 65. §. publicatione. 12. pro socio.

XI.

Et reus criminis, quo libertas ac civitas amittitur, l. 1. §. filium. 8. de bon. poss. contr. tab. ut & lege ab hereditate repulsus, l. is autem. 11. cum l. preced. §. 1. de jure patronatus.

XII.

In filia, qua accepta dote, paterna successioni renunciavit, distinguunt canones: Aut enim renunciavit cum juramento; & nullum ad bona paterna regressum habet c. quamvis. 2. in VI. nec proinde in numero amplius est eorum, quibus legitima debetur: aut simpliciter renunciavit, & pacto jure civili stare non cogitur, l. pactum dotali. 3. C. de collat. l. si quando. 35. §. 1. C.

U 3

de



de inoff. test. ac proinde certum est, quod cæteris liberis aggregetur.

XIII.

Expositis his, qui in computatione non concurrunt; progredimur ad illos, quibus legitima hæc portio legibus decreta est. Eorum tres sunt ordines, sicuti in successione ab intestato.

XIV.

In primo ordine ponuntur liberi, *l. pater filium. 14. de inoff. test.* sive jam nati, sive posthumi, *l. 6. de inoff.* sive in sacris parentum adhuc fuerint, sive emancipati, *N. 118. c. 1.* sive legitimi, sive legitimati, *N. 89. c. 3. 8. & 9.*

XV.

Liberorum appellatione etiam nepotes, *l. liberorum. 220. de verb. signif.* in parentum suorum locum vocamus, *Nov. 118. c. 1. Nov. 18. c. 4. in pr.*

XVI.

Liberi naturales tantum, quæ matris hereditatem, non minus quàm legitimi, suam habent tertiam vel dimidiam integram, *l. 29. §. 1. de inoff. test. l. 5. in f. C. ad S. C. tum Orfitian. §. novissimè. 3. Inst. eod. l. hac parte. 2. ff. und. cognat. N. 18. c. 1.*

XVII.

Ex patris bonis licet regulariter istiusmodi portionem non habeant: quia tamen cum matre sua simul sextantem ab intestato poscere possunt; quando nec naturales & legitimi, nec legitimi tantum, nec parentes, nec iusta conjunx defuncto extant, *auth. licet. C. de natural. lib. N. 89. c. 12. §. 4.* trientem aut semissem sextantis istius legitimæ loco consequi posse videntur.

18. Idem

XIIX.

Idem juris est in spuriiis, quoad maternam successi-
onem, nisi ex illustri matre, liberos habente legiti-
mos, fuerint procreati, ubi penitus excluduntur, *l. pen.*
C. ad Scutum Orfitian.

XIX.

Ex nefariis aut incestis complexibus nati, ut o-
mni privantur successione: sic quoque legitimæ ca-
rent subsidio, *aut b. ex complexu. C. de incest. nupt. N. 89.*
c. 15.

XX.

Filius adoptivus à patre adoptante nullam qui-
dem petere potest legitimam, si extraneus sit: sed pe-
nes patrem naturalem omnia sibi jura facta tecta que
retinet, *l. pen. in pr. vers. omnia igitur. C. de adopt. §.*
sed ea omnia. 14. Inst. de hered. qua ab intest.

XXI.

Quod si ei, quem præter hoc natura ipsi conjun-
xit, avo scilicet materno aut paterno, detur in adoptio-
nem, ad solum hunc respicit *d. l. pn. in pr. vers. si verò.*
nisi fuerit emancipatus: quo casu ad patrem natura-
lem revertitur, *d. l. pen. in f. princ.*

XXII.

Secus est in arrogato, qui tam ex legitimi quat-
tam Divi Pii, §. *cum autem impuber. 3. in f. Inst. de adopt.*
quàm ex naturalis patris hereditate debitam sibi ven-
dicat portionem, si ab arrogatore fuerit emancipatus.
Nam admittitur ad bonorum possessionem, *l. 1. §. si*
impubere. 21. de collat. Ergò & ad legitimam, *l. postbu-*
mus in pr. de inoff.

23. Re.



XXIII.

Religiosi etsi mundanis se abdicant, nihilominus tamen hujus partis jura sibi integra conservant, *l. Deo nobis. §. hoc esse cognitum. 1. C. de Episc. & Clericis.*

XXIV.

In secundo gradu consistunt parentes, qui in liberorum suorum sine prole decedentium bonis legitima jura sibi adscribunt, *l. pater filium. 14. de inof. test. l. 17. C. eod. auth. presbyteros. C. de Episc. & Cleric. N. 18. c. 1. in f. N. 115. c. 4. §. 8.*

XXV.

Nulla adhibita distinctione, an liberi fuerint emancipati, nec ne *d. l. 14. ff. de inof. test.*

XXVI.

Et quemadmodum ab extraneo adoptatus nihilominus legitimam retinet in bonis patris naturalis, *l. cum in adoptivis. 10. in pr. C. de adopt. ita vicissim pater naturalis ab illo eandem expectat, l. 30. de inof. test.*

XXVII.

Hæc correlativorum ratio locum habet etiam in naturalibus liberis, ut, sicuti hi matri, ita mater illis succedat, *l. si spurius. 4. ff. unde cognati.*

XXVIII.

Illam legitimam relinquendi necessitatem evitat castrense peculium & quasi, ex quo neque parentes, neque liberi, neque fratres quicquam legitimæ jure consequuntur, *l. instituta. 27. §. de inofficioso. 2. ff. de inof. l. 9. l. 24. l. cum in antiquis. 37. §. in his itaq. 1. C. eod.*

XXIX.

Quin imò etiamsi miles factus in militia testamento, intra annum post militiam decesserit: attamen
testa-

23.
testamentum ejus censetur militare, & legitimæ onus
effugit l. 8. §. 4. de inoff. testam.

XXX.

Hoc privilegio non gaudent milites veterani, pa-
tres familiæ d. l. 8. §. 3. de inof. Quàm primùm enim sui
juris effecti sunt, peculii nomen aboletur, aliisque re-
bus confunditur; qua de causa similem subire cogitur
fortunam, l. 37. §. 2. C. de inof. test.

XXXI.

Cæterùm non obstant parentibus secundæ nu-
ptiæ, quoad bona liberorum adventitia, aut b. ex testa-
mento C. de secund. nupt. N. 22. c. 46. §. si autem. 2.

XXXII.

Quanquam in profectitiis, aliud obtinet: in qui-
bus quia parentes solummodò usumfructum habent
in diem vitæ, d. auth. ex testamento. d. N. 22. c. 46. eum-
que loco legitimæ l. fœminæ. 3. C. de secund. nupt. nihil
sibi ulterius arrogare possunt.

XXXIII.

Hæc parentum legitima, æquè ut liberorum ad-
trientem usque totius hereditatis incrementum acce-
pit N. 18. c. 1. in f.

XXXIV.

Sicut etiam non alio, quàm institutionis titulo
tàm parentibus, quam liberis relinquenda est in pr. J.
de exhered. lib. N. 115. c. 3. & 5. Schneid. §. fin. Inst. de
inof. test. n. 7. Wurmser. 1. pract. observ. tit. de testam.
q. 10. n. 14.

XXXV.

Tertium locum occupant fratres & sorores,
quando quis infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ
B macu-

macula aspersus, *l. fratres. 27. C. de inof. test. N. 18. c. 1. inf. vel ingratus libertus, l. 34. C. de inof. heres est institutus.*

XXXVI.

Quorum legitimam simili modo ad trientem vel semissem usque adauctam esse constat ex *N. 18. c. 1. inf. addita l. 1. ff. de inof. test. l. fratris. 21. C. eod. N. 1. inf. pr.*

XXXVII.

Intelligimus autem fratres germanos vel ex utroque parente, vel ex patre solum, qui aliàs consanguinei vocantur, *l. fratres. 27. C. de inof. test.*

XXXVIII.

Repelluntur itaque uterini, *d. l. 27. & naturales tantum. Hi enim etsi consanguinitatis jura, quæ à patre oriuntur, l. si spurius. 4. unde cognat. habere videntur: sola tamen patris ratio agnationis jus non parit, sed legitimas nuptias accedere oportet, arg. N. 84.*

XXXIX.

Arcentur hinc per curiæ oblationem legitimati, *l. 9. in pr. C. de natural. lib. N. 89. c. 4. vers. sancimus enim.*

XL.

Ut & per rescriptum Principis naturæ & antiquæ ingenuitati restituti, *d. N. 89. c. 9. Schneid. ad §. non autem liberis. Inst. de inof. test. n. 18.*

XLI.

Contrarium servatur in legitimatis per subsequens matrimonium, qui unâ eademq; lance cum legitimis sunt trutinandi, *l. 10. C. de natural. lib. N. 89. c. 8.*

42. Con-

XLII.

Constituta certâ legitimæ quantitate; enumeratis etiam personis, quibus debetur: videndū est, quomodo deducatur. Modum istum præscribit Ulpianus *in l. 8. §. quarta autem 9. ff. de inoff. test.* quod scilicet ære alieno, funeris impensâ & libertatibus detractis, triens, vel semis, vel dodrans, propriæ & totius substantiæ defuncti legitimæ loco sit adjudicandus; & viriliter dividendus *N. 18. c. 1. §. 2.*

XLIII.

Potest relinqui etiam in certa quantitate, *l. omnimodò. 30. in f. pr. C. de inof. vel rebus certis, N. 115. c. 5.* Nam licet parentibus descriptiones facere rerum suarum, quas partiri voluerint, & eas liberis arbitrio suo dividere, *l. parentibus. 8. C. de inoff. test. N. 18. c. 7. vers. hæc nos molestare.*

XLIV.

Simpliciter relicta legitima, ex rebus singulis debetur, sicut quarta Falcidiana, *l. lineam margaritarum. 26. l. lex Falcidia. 47. in pr. l. Plantius. 49. ff. ad leg. Falcid. l. 2. C. eod.*

XLV.

Quod si commodè ex omnibus rebus detrahi nequeat, arbitrio judicis committitur, quid eligere velit, *l. scimus 30. in pr. C. de inof. test.*

XLVI.

Regnum, Ducatus, Marchia, Comitatus, & aliæ dignitates, cum ultimis testantium voluntatibus eximantur, *in pr. l. feud. 8.* nec jure successionis in locum sui patri sed proprio, vi investituræ quæsito, filijs obtin-

A 2

gant,

gant, *in pr. i. feud. 14.* legitimæ quoque deductionem recusant.

XLVII.

Idem juris est in feudis; quandoquidem & hæc ad omnes filios æqualiter perveniunt, §. 1. *in fin. i. feud. 1.*

XLIX.

Quoniam foeminae successione feudorum excluduntur, c. 1. §. *foemina. 1. feud. 8.* & c. un. *i. feud. 24.* quaeritur; an interim legitimam hanc ex iis consequi possint? Negatur.

XLIX.

Nisi pater pecunia sua feudum recens comparaverit; quo casu ratione istius pecuniæ, filia debitam sibi portionem rectè petunt, *Hart. Pist. 2. q. 38.* si non aliunde eam integram adipisci queunt.

L.

Præterea hæc portio integra debetur, tam quoad proprietatem, quam quoad usumfructum, *auth. novissima. C. de inof. test. N. 18. c. prohibemus. 3.*

LI.

Absque omni mora, onere atque gravamine, *l. omnimodò. 30. l. quoniam in prioribus. 32. C. de inof. test. ne consentiente quidem filio imponendo, arg. l. si patronus. 20. in pr. de donat. l. si quando. 35. §. 1. & 2. C. de inof. test.*

LII.

Adeò ut omnis conditio, dilatio, vel dispositio, qua gravaminis aliquid legitimæ accrescit, radicitus tollatur, & ea in continenti, quasi nihil eorum testamento

mento additum esset, peti possit, *d. l. quoniam. l. scimus.*
36. §. cum autem. 1. C. de inoff. Gail. 2. obs. 119. n. 2.

LIII.

Quin imò ne compensandi debiti loco pater filio potest relinquere legitimam, *Gotb. in not. ad N. 18. c. 3. verb. usufructum. Grass. libr. sentent. §. legitima. quest. 28. n. 22.* nisi debitum adeò sit liquidum, justum & præsens, ut nullum inde sentiatur onus vel mora.

LIV.

Si pater filium instituerit heredem, & ejus fidei commiserit, ut alii hereditatem restitueret, quaeritur: An filius duas portiones possit detrahere, legitimam, quàm filius, Trebellianicam, quàm heres fiduciarius? Negatur *per l. jubemus. 6. in pr. C. ad Trebell. & l. liberto. 21. §. filium. 2. de annu. legat.*

LV.

In deductione attenditur maximè, num quid præceptum sit, quod possit imputari, ne idem bis præstetur, *l. 57. de reg. jur.*

LVI.

Ubi omnium prima occurrit dos, quæ ex parentum substantia filia erogata imputationem sustinere cogitur, *l. quoniam novella. 29. C. de inoff. l. un. §. quo à nobis. 12. C. de rei ux. act.*

LVII.

Nec hoc onere liberatur, etiamsi ab aliis parentum tamen contemplatione, in filiam sit collata, *l. profectitia. 5. §. quod si quis. 2. de jur. dot. l. dotem quam. 6. de collat. bon.*

LIX.

Nee neptem relevat, quod dotem sibi peculiari-
ter constitutam habeat abavo. Legitimam enim pater-
nam vel maternam petitura, nihilo magis illius impu-
tatione supersedere potest. Quoniam officium avi cir-
ca neptem, ex officio patris circa filium pendere pura-
tur, *l. dotem. 6. ff. de collat. bon.*

LIX.

Quin & nepotes legitimam ex avi hereditate pe-
titori, matris suæ dotem tenentur imputare, *l. illam. 19.
circ. fin. C. de collat.*

LX.

Hujus naturam sequuntur bona paraphernalia,
ut accessorium suum principale, si ex substantia pater-
na provenerint, *l. inter socerum. 26. §. cum inter. 2. de pact.
dotal. l. etiam. 8. C. de jur. dot.*

LXI.

Sed illam imputationis molestiam renuit dos,
quæ aliunde, quàm ex rebus substantiæ patris filiæ tri-
buitur, *l. avus neptis nomine. 79. de jur. dot. l. scimus. in f.
pr. C. de inoff.*

LXII.

Et quod pater in filium suum ob ejus bene merita
collocavit, *Wes. in partit. de donat. n. 4.* Quia sic do-
natum, tanquam ab extraneo acceptum fit instar pecu-
lii adventitii, *Accurs. in autb. unde si pareus. C. de
inof.*

LXIII.

Pari ratione calculum imputationis evitat id,
quod filio emancipatio datum, silentio confirmatur,
l. si ve emancipatus. 17. C. de donat.

LXIV.

Cæterum donatio inter vivos simplex jugum istud omnino excutit, *l. illud. 20 circ. fin. C. de collat.*

LXV.

Cui assimilatur donatio filiofamilias facta, si morientis silentio vel speciali confirmatione fuerit stabilita, *l. donationes. 25. inf. C. de donat. int. vir & ux. l. si mortis causa. 14. de mort. caus. donat l. si filius fam. 7. ad Maced. l. licet 56. de de judic.*

LXVI.

Fructus quoque, ex hereditate percepti, hoc naturale debitum prætereunt, nec imputatione inquietant, *l. jubemus. 6. C. ad Trebell.*

LXVII.

De sumptibus in filiifam. nuptias collatis dubitatur: verum cum nec precio vendantur, neque ad heredes quicquam inde perveniat, hoc calculo eximuntur, *Claud. C. hist. de portion. legit. c. 14.*

LXVIII.

Quod autem mortis causa donatur, si ex substantia paterna originem habeat, imputatur, *l. si non mortis. 25. de inoff. l. 35. §. 2. l. scimus. 36. C. eod. l. 3. §. sed & 17. ff. de bon. libert.*

LXIX.

Præterea annui redditus occasione militiæ, defuncti nummis comparatæ, obvenientes, in legitimam sunt computandi, *l. omnimodò. 30. §. imputari. 2. C. de inoff.*

LXX.

Nec non ea pecunia, quæ ex militia, mortuo militante ad heredes ejus esset perventura, *d. l. 30. cum gloss. ib.*

LXXI.

Harum militiarum exemplo quaritur: an sumtus pro Doctoratu, aut magisterio adipiscendo à patre in filium erogati, imputationis jugo subdantur? Negatur *per. l. 3. §. fin. de munerib. & honorib.* Militant enim & scholares nedum Doctores, ut omnibus notum est *ex l. advocati. 14. C. de advoc. divers. judicior.* Est autem talis militia, quæ neque vendi, neque ad heredes transmitti potest *d. l. 30. §. imputari.* Et quod sic datur, dignitatis & honoris nomine datum intelligitur, *l. 1. §. 16. de collat. bon.* Ergo propter onera dignitatis annexa præcipuum esse debet, *d. l. 1. §. 16.*

LXXII.

Sic impensæ studiorum causa à patre filio suppeditatæ, si non animo credendi, sed pietatis officio promanarint, harum imputationum sunt exortes, *l. quapater. 50. famil. hercisc. l. Macedoniani. 5. C. ad Macedon.* Nam quæ pietate suggerente præstantur, non repetuntur, nec imputantur, *l. Nefennius. 34. de negot. gest. l. liber captus. 17. C. de postlim. revers.*

LXXIII.

Libri etiam Doctorum & studiosorum, qui sunt ipsorum arma, & sine quibus honestè non militant aded præcipui habentur, *gloss. in l. nepos Proculo. 125. verb. dignitate. de verb. signif. Claud. de Battand. in tract. de legitim. cap. 2. n. 16. ut ne quidem hoc nomi-*
ne

ne comparati, nondum autem traditi, legitimæ præ-
judicent arg. *l. filia cuius* 18. *C. famil. hercisc.*

LXXIV

Quoad actiones, quæ pro consequenda hac legiti-
tima portione competunt, distinguendum est: Aut
enim filius in tota legitima est institutus, & habet vel
hereditatis petitionem, contra pro herede, vel pro
possessore possidentes, *l. hereditatis. 7. C. de petit. he-
red. Wes. in paratitl. ff. eod. n. 9. l. 1. §. 1. si pars hered. pet.*
vel actionem famil. hercisc. adversus coheredes, *l. cum
putarem. 36. l. 1. §. 2. l. heredes ejus. 25. §. quantum. 2. ff.
famil. hercisc.* vel rei vindicationem adversus alios pos-
sessores, etiam legatarios, *l. 23. de rei vindic. C. hist. de
port. legit. c. 15.*

LXXV.

Aut in parte saltem est heres scriptus, & experi-
tur ad supplendum id, quod deest, vel condictione
ex lege, arg. *l. un. ff. de condict. ex lege.* vel actione ex
testamento, quia ipso jure inest repletio, *l. scimus. 36.
in pr. C. de inof.*

LXXVI.

Hac portione possumus privari legitima exhere-
datione, secundum *N. 115. c. 3. §. 4.* & actionum
pro ea competentium præscriptione, triginta scilicet
annorum spatio determinanda, *l. sicut. 30. C. de præ-
script. trig. vel quadr. ann. l. recepticia. 2. C. de constit.
pecun. l. hereditatis. 7. C. de petit. hered. Wes. in paratitl.
C. de inof. test. n. 15.*

C

77. Non

Non autem statuto, §. *sed naturalia.* 11. *Inst. de jur. nat. g. & civ. l. cum ratio. de bon. damnat. c. jus naturale 7. distinct. 1. nec omissione inventarij, quia hoc liberorum debitum omni gravamine est exemptum, l. quoniam in priorib. C. de inoff.*



Ad

Eximium Virum

Dn. JOHANNEM Jungling/

pro summis in utroque Jure consequen-

dis honoribus disputantem, Amicum ve-

terem fraterneque colendum



Re per Ardalidum titulos & premia laudum

Optio sic cedit ; sic pia vota feres.

Perge velut pergis captam pertexere telam,

Mox tibi Dia Themis laurea ferta dabit.

M. Johan. Liebholdus Allstet. S. P.

Dum



Dum JUVENIS titulos petit atq; insignia summa;
 Non nisi quæ Senibus cognita quæque VIRIS.
 Digna Palimpsesto Res Orbis: Quamque reponat
 Pandus in Archivo mundus uterque suo;
 Magnanimumque Virum quam Fama Notaria prisca
 Virtutis Polico scriptitet in Chronico
 Pennâ: Quâ Rerum magmenta notavit: & istos
 Annales: Veteris prima Elementa Chroni.
 Isthæc Fama tua est JUNGLINGE: valentibus ausis
 Nam sic legitimus Jure paratur Honor.

Philippus Benewitz.

F I N I S.




Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



ULB Halle


3

005 132 614



W 17





29

24

Inauguralis, 1618, 22

**LEGITIMA
ORUM,
M ET FRA-
SORORUM,**

nam
PROFITIO,
ritate
sissimi Jurisconsultorum
Salana Collegii,

SID E,
mo, nec non Clarissimo Viro
THEODORICO

im P. P. Judicii Provin-
s Assessore dignissimo,

Utroque jure summis
privilegiis Doctoralibus,

nitioni subijcit
ingling Longo-Saltzensis.
31. Octobris.

Johannis Weidneri,
M. DC. XVIII.

